Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26373
Copyright: Admont, Benediktinerstift

hunc inquietudinē irrogat laborū. sicut est cū quis quies
cere non ualet. ⁊ quasi de otio iudicari timet. aliquando
imaginē humilitatis ostentat. ut effectū utilitatis subtrahat.
sicut est. cum quosdā plusq̄m sunt infirmos atq; inutiles
sibimetipsis asserit. ut dum se nimis indignos considerant.
res inquib̄ p̄desse possunt. p̄ximis ministrare p̄timescant.
Sed hęc uitia quę sub uirtutū specie antiquus hostis occul
tat. ualde subtiliter manus compunctionis examinat. Qui
enim uerace intus dolet. quę agenda foris. quę non agen
da sunt fortiter p̄uidet. Si enim nos uis compunctionis
intimis afficit. omnis strepitus praue suggestionis ob
mutescit. Vnde ⁊ sequit. Et nemo loquebatur ei uerbū.
uidebant enim dolorē esse uehementē. Si enī cor uerace
dolet. linguā contra nos uitia non habet. nam cum ple
ne uita rectitudinis querit. sup uacua suggestio praui
tas obdurat. Sepe autē si forte nos studio contra uitiorū
incentiua stringimus. ipsa ⁊ iam uitia adusum uirtu
tis immutamus. Non nullos namq; ira possidet. si hanc
dum rationi subiciunt. in sci zeli ministerium ver
tunt. Non nullos supbia erigit. sed dum diuinę for
midini animū inclinant. hanc ad defensionē iusticię.
in uocē libertę auctoritatis immutant. Non nullos for